

busita, qui quinq; libris benè spissis, ceu
emplastris quibusdam, hiantia illa vulne-
ra, si non curare, certè tamen turpitudi-
nem eorum quoquo pacto contegere fuit
conatus. Ex his duos priores ordine sic
postulante in præsentia examinandos su-
scipimus, quod ut in honorem ac gloriam
veri ἀρχιπρίμην Christi Jesu, omniumq; no-
strorum commodum; Papæ verò ignomi-
niam cedat, Christum θεῖον votis feriis
atq; ardētibus etiam atq; etiam precamur.

2. Quinq; autem sunt, quæ potissimum
duobus hisce libris Bellarm. pertractat. Pri-
mum est: *Monarchicum Regimen omnium
esse optimum.* 2. *Regimen Ecclesiasticum præ-
cipuè debere esse Monarchicum.* 3. *Petrum Ec-
clesiæ Monarcham fuisse.* 4. *Petrum Romæ E-
piscopatum ad mortem usq; gessisse, & deniq;
5. Romanum Pontificem Petro in Ecclesiastica
Monarchia succedere.* De quibus nos or-
dine ac breviter.

Libr. 1. C.

1. 2. 3. 4.

3. Atq; ad primū quod attinet ἀπαιδευτῶς
planè disputat adversarius, dum rem tanti
momenti quæ juxta Papā Joh. XXII. *de ne-
cessitate est Salutis, & res Fidei*, judicante
Bell. lib. 2. de P. R. c. 21. πρώτως ex politicorum
commentis nobis persvadere conatur: cū
tamen, vel ipso Philosopho teste, unum-
quodq;